

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXVIII. De interioribus effectibus charitatis. Et primo de gaudio quod est interior effectus consequens principalem actum charitatis qui est dilectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

QVAEST. XXVIII.

ARTIC. I. ET II.

Chrys. lib.
a med. lib.
tom 5.

bat, quando erat in statu gratie; ut scilicet separatur a Christo pro fratribus suis: sed hoc optauerat, quando erat in statu infidelitatis: unde in hoc non est imitandus. Vcl potest dici, sicut dicit Chrys. in lib. * de communione, quod per hoc non offenditur, quod Apost. plus diligenter proximum, quam Deum: sed quod plus diligenter Deum, quam seipsum. Volbeat enim ad tempus priuari fruitione diuina, quod pertinet ad dilectionem sui, ad hoc quod honor Dei procuraretur in proximiis, quod pertinet ad dilectionem Dei.

AD SECUNDUM dicendum, quod dilectio amici pro tanto est quandoque minus meritoria, quia amicus diligit propter seipsum, & ita deficit a uera ratione amicitiae charitatis, que est Deus. Et ideo quod Deus diligatur propter seipsum, non diminuit meritum: sed hoc constituit totam meritum rationem.

AD TERTIUM dicendum, quod plus facit ad rationem meriti, & uirtutis bonum, quam difficile. Vnde non oportet, quod omne difficultas sit magis meritorium, sed quod sic est difficultas, ut etiam sit melius.

TSuper questionem vi
gesimamostauam.

QVAESTIO XXVIII.

De Gaudio, in quatuor articulos diuidit.

IN articulis hoc solum scribendu occurrit iuxta primum art. quod charitas ex hoc est amor Dei, pars gaudium secundum yram: rationem famicite, & concupiscentie, seu de ipso Deo in se, & de presentia eius. Na ex natura rei amat, & Dei habet, quod non nisi gaudente posse debet diuino: quia bono diuino nihil danni accidere potest, sed semper opimum, & immutabile, ac per hoc semper materiam gaudij est apud amantem. Et ex natura talis amoris Dei, qualiter significat charitas, habet quod Deum presentem faciat amantem secundum nobilissimum effectu, ipsam, scilicet gratiam, & charitatem eleuentem creaturam in deitatis confortum. Et propter huiusmodi presentiam, amat, & parietiam gaudium magnum. Sed primum est manus, & essentia charitatis, quia est deo in se directa. Augetur quoque primum gaudium ex materia secunda, si habet tali presentia Dei in anima, & anima in sanctificationem domini nominis, in regnum Dei, in voluntatis diuina exhortationem retorqueatur. Hac enim tam in se, quam in proximo, maxime materia gaudij explicatis defiderunt amans Dei, sicut bonum di-

Intra q. 35.
artic. 2 & 3.
cor. Et 3. q.
89. ar. 6. cor.
Et ma. q. 10.
ar. 2. cor. Et
opul. 4. c. 2.

AD PRIMUM sic procedit. **A**Videtur, quod gaudium non sit effectus charitatis in nobis. Ex absentia enim rei amat, & magis sequitur tristitia, quam gaudium: sed Deus, quem per charitatem diligimus, est nobis absens, quoniam in hac vita uiuimus. Quandiu enim sumus in corpore, peregrinamur a Domino ut dicitur 2. ad Corint. 5, ergo charitas in nobis magis causat tristitiam, quam gaudium.

T2 Prat. Per charitatem maxime meremur beatitudinem: sed iter ea, per quod beatitudinem meremur, po-

Fnitur laetus, quod ad tristitiam pertinet, secundum illud Matth. Beati qui lugent, quoniam consolabuntur, ergo magis est effectus charitatis tristitia, quam gaudium.

T3 Pra. Charitas est uirtus distin-

cta a spe, ut ex supradictis * patet,

sed gaudium causatur ex spe, sicut

illud Rom. 14. Spe gaudentes, non

ergo causatur ex charitate.

SED CONTRA est, quia si

cum passionibus ageretur, ex amore non

gaudium, & tristitia, sed contrario modo.

enim ex amore causatur uer propter

ui amati, uel etiam propter hoc, quod propter

proprium bonum inicit, & conseruatur ad

hoc maximè pertinet, ad amorem

charitatis, per quem aliquis gaudet de amico pre-

hente, etiam si sit abens. Ex contrario mo-

do sequitur tristitia uel propter absentiam

propter hoc, quod amat, cui volumen

bono priuatur, aut aliquo male deprimit

autem est amor Dei, cuius bonum in

qua ipse est sua bona. Et ex hoc ipsorum

estiam amante per nobilissimum suum effi-

dium illud 1. lo. 4. Qui manet in charitatem

net, & Deus in eo. Et ideo spirituale gaudi-

deo haberet, ex charitate causatur.

ADI. PRIM. V. ergo dicendum, quod in

corpore, dicimus per egenitatem, ex

comparacione ad illam prevalentem, ex

est praesens per ipsi visionem. Vnde & ibidem. Per fidem enim ambulamus, &

ciem. Est autem & praesens amans, &

hacuitate peregrinatio in habitacionem.

ADI. SECVND. V. dicendum, quod in

beatitudinem meretur, est de his que in

ni contraria. Vnde eiudem ratione ex

laetus ex charitate cauteatur, & tale qualitate

de Deo: quia eiudem rationis est gaudi-

quo bono, & tristitia de his, quae repre-

sentantur.

ADI. TERTIUM dicendum, quod in

spirituale gaudium dupliciter. Vnde secun-

dum quod gaudemus de bono diuino ex

rato. Alio modo, secundum quod gaudemus

deo in nobis participantibus. Nam

gaudium melius est, & hoc procedit ex

charitate: sed secundum gaudium pro-

ex spe, per quam expectamus diuini boni.

Quamvis etiam ipsa fructu uel perficie af-

fектa, secundum mensuram charitatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Gaudium in nobis sit effec-

tus charitatis.

ADI. TERC. V. LVS. II.

Vtrum gaudium spirituale, quod ex charita-

te recipiat admisionem inflatur.

ADI. SECVND. V. sic procedit. Vnde

gaudium spirituale, quod ex charita-

te recipiat admisionem inflatur.

bonis proximi ad charitatem pertinet, secundum il
Jud. i. ad Cor. 13. Charitas non gaudet super iniqui
tate, congaudet autem veritatem: sed hoc gaudium re
cipit permissionem tristitia, secundum illud Rom.
12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum fletibus,
ergo gaudium spirituale charitatis admissionem tri
stitia patitur.

¶ 2 Præf. Pñia sicut dicit * Grego. est ante acta mala
fle, & flenda iterum non committere: sed uera pe
nitentia non est sine charitate. ergo gaudium chari
tatis haec tristitia admissionem.

¶ 3 Præf. Ex charitate contingit, quod aliquis deside
rat eum cum Christo, secundum illud Philipp. i. Desider
dium habens distolui, & esse cum Christo: sed ex
silo desiderio sequitur in homine quadam tristitia,
secundum illud Psalm. 119. Heu mihi, quia incolatus
meus prolongatus est. ergo gaudium charitatis reci
pit admissionem tristitia.

SED CONTRA est, q[ua]d gaudiū charitatis est gau
dium diuinæ sapientiæ: sed huiusmodi gaudium
non habet permissionem tristitia, secundum illud
Sap. 8. Non habet amaritudinem conueratio illius.
ergo gaudiū charitatis nō patit permissionē tristitia.

RESPON. Dicendum, quod ex charitate causa
duplex gaudium deo, sicut supra dictum est. Vnu
num quidem principale, quod est proprium chari
tatis, quo scilicet gaudemus de bono diuino secundū
se considerato. Et tale gaudium charitatis permis
tione tristitia non patitur, sicut nec illud bonum, de
quo gaudetur, potest aliquam mali admissionem ha
bere. Et ideo Apostol. dicit ad Philipp. 4. Gaudete in
domino semper. Aliud autem est gaudium charita
tis, quo gaudet aliquis de bono diuino, secundum
quod participatur a nobis. Hęc autem participatio
potest impediri per aliud contrarium. Et ideo ex hac
parte gaudium charitatis pōt habere permissionem
tristitia, prout s. aliquis tristifatur de eo, quod repu
gnat participationi diuini boni vel in nobis, vel in
proximis, quos tamquam nosipos diligimus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fletus
proximi non est, nisi de aliquo malo. Omne autem
malum importat defectum participationis summi
boni. Et ideo in tantum facit charitas consolere pro
ximo, inquantū participatio diuini boni in coipedit
et securitatem.

AD SECUNDVM dicendum, quod peccata di
vidunt internos, & Deum, vt dicitur Isa. 59. Et ideo
haec et ratio dolendi de peccatis preteritis nostris,
vel etiam aliorum, inquantum per ea impediunt a
participatione diuini boni.

ARTICVLVS III.

Vtrum spirituale gaudium, quod ex charitate causa
tur, possit in nobis impleri.

A gaudiū creature, quod est finitum, ergo gaudiū
de Deo numquam potest impleri.

¶ 2 Præf. Illud, quod est impletum, nō potest esse ma
ius: sed gaudiū etiam beatorum potest esse maius,
quia gaudiū unius est maius, quam alterius. ergo
gaudiū de Deo non potest in creatura impleri.

¶ 3 Præf. Nihil aliud uidetur esse comprehensio, quā
cognitiō plenitudo: sed sicut uis cognoscitiva crea
ture est finita, ita uis appetitiva eiusdem. Cū ergo
Deus non possit aliquid creatura comprehendere, vi
detur quod non possit alicuius creatura gaudiū de
Deo impleri.

SED CONTRA est, quod Dominus discipulis di
cit Ioan. 15. Ut gaudiū meum in uobis sit, & gau
dium uestrum impleatur

R E S P O N S U M. Dicendum, quod plenitudo gaudiū
potest intelligi duplicitate. Vno modo ex parte rei,
de qua gaudetur, ut si tantum gaudeatur de ea, quā
tum est dignum de ea gauderi. Et sic solum Dei gau
dium est plenum de seipso, quia gaudiū Dei est in
finitum, & hoc est condignū infinitae bonitati Dei:
cuiuslibet autem creatura gaudiū oportet esse fini
tum. Alio modo potest intelligi plenitudo gaudiū
ex parte gaudientis. Gaudiū autem comparatur ad
desiderium, sicut quies ad motum, ut supra dictū
est, cūm de passionibus ageretur. Est autē quies ple
na, cūm nihil restat de mori: unde tunc gaudiū est
plenum, quando iam nihil desiderandi restat. Quan
diu autem in hoc mundo sumus, non cessat in no
bis desiderii motus: quia adhuc restat, quod Deo ma
gis appropinquemus per gloriam, ut ex supradictis pa
ter: sed quando iam ad beatitudinem perfectam per
uentum fuerit, nihil desiderandum restabit, quia ibi
erit plena Dei fructus, in qua homo obtinebit q[ua]cun
dam circa alia bona desiderauerit, sicut illud Psal. 102.
Qui replet in bonis desiderium tuum. Et ideo qui fecit
desiderium nō solum quo desideramus Deum, sed
etiam erit omnium desideriorum quies: unde gaudiū
beatorum est perfecte plenum. Et est superplenum:
quia plus obtinebunt, quam desiderare iussicerint.
Non n. in cor hominis ascendit, que preparauit De
us diligētibus, ut dicitur 1. ad Cor. 2. Et hoc est, q[ui]d di
citur Luc. 6. Mentitur bonam, & superfluentē da
bunt in finum uestrum: quia cūm nulla creatura sit
capax gaudiū deo ei condigni, inde est, q[ui]d illud
gaudiū omnino plenum non capit in homine,
sed potius homo intrat in ipsum, secundum illud
Matth. 25. Intra in gaudiū domini tui.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[ui]d illa procedit
de plenitudine gaudiū ex parte rei, de qua gaudetur.

AD SECUNDVM dicendum, quod cum peruen
tum fuerit ad beatitudinem, uniusquisque attinget
terminum sibi praefixum ex predestinatione diuina,
nec restabit ulterius aliqui quo tendatur: quamvis
in illa terminacione unus perueniat ad maiorem pro
pinquitatem Dei, alius ad minorem. Et ideo unius
cuique gaudiū erit plenum ex parte gaudientis,
quia uniusquisque desiderium plene quietabitur:
erit tamen gaudiū unius maius, quam alterius,
propter pleniorē participationem diuinæ beatit
udinis.

AD TERTIVM dicendum, q[ui]d comprehensio im
portat plenitudinem cognitionis ex parte rei cogni
tia, ut si tantum cognoscatur res, quantum cognosci
potest. Habet tamen etiam cognitione aliquam pleni
tudinem ex parte cognoscitivis, sicut & de gaudiū di
ctum est. Vnde & Apost. dicit ad Coloss. 1. Imple
mini agitione uoluntatis eius in omni sapientia,
& intellectu spirituali.

In corp. art. Secunda Secunda S. Thomæ. X 4 154-

A D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod
spirituale gaudiū, quod ex charitate causa
tur, non possit in nobis impleri. Quātō enim maius gau
dium de Deo habemus, tanto gaudiū eius in no
bis magis impletur: sed numquam possimus tantū
de Deo gaudere, quantum dignum est ut de Deo gaudea
tur: quia s̄p̄r̄ bonitas eius, quā est infinita, excedit

QVAEST. XXIX.

Super quatuor modas Articulum quartum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum gaudium sit uirtus.

In art. 4. eiusdem q. 8. in respōsio ne ad primum aduerte, quod duplicitate posset spēcīrī, q̄ tristitia non est spēcia le aliquod uitii. Primo, si daret aliquod spēciale uitium circa amorem ad quem se quitor illa tristitia & hoc impedimentum in litera tollitur ex hoc, quod amor sui, ex quo sequuntur quādam spēcialia uitia tristitia, non est spēciale, sed generale uitium, & radix iutiorum. Alio modo, si daretur aliquod spēciale uitium circa odium boni eiusdem rationis cum delectabili, cui opponitur tristitia illa, quae est spēciale uitium. Terciū enim illud uitium circa odium haberet se ad tristitiam, sicut charitas uitus ad gaudium. Sequitur. n. tristitia ad odium, sicut gaudiu ad charitatem. Et licet in litera hoc impedimentū nō explicetur, implicite in p̄fmo ipedimentū dicitur etiā q̄ sicut in pedimenta eiusdem rōnis. si haberetur uitium spāle circa priorē actū eiusdem rōnis, tunc tristitia non ponere spāle uitia.

Pas sionibus * dicitur sūt, quod amor est prima appetitiva potentia, ex qua sequit & desideriū, & gaudium. Et ideo habitus uitritus idem est, qui in clinat ad diligendum, & ad desiderandum bonū dilectū, & ad gaudendum deo. sed quia dilectio in ter hos actūs est prior, inde est, q̄ uirtus non denotatur a gaudio, nec a desiderio, sed a dilectione, & dicitur charitas. Sic ergo gaudiu non est aliqua uitus a charitate distincta, sed est quidam charitas actus, sive esse, & p̄ hoc connumerata iter fructū, ut patet Gal. 5.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ tristitia, quae est uitium, causatur ex inordinatum amore sui, quod non est aliquod spēciale uitium, sed quādam generalis radix uitiorum, ut supra dictum * est. Et ideo oportuit tristitias quādam partculares ponere spēcialia uitia, quia non deriuantur ab aliquo spēciali uitio, sed generali: sed amor dei ponitur spēcialis uitus, quae est charitas, ad quam reducitur gaudium, ut dictum * est, sicut proprius actus eius.

Ad SECUNDVM dicendum, quod spes conseq tur ex amore, sicut & gaudium: sed spes addit ex parte obiecti quāda spēciale rōnem, ardorū, & possibile adipisci, & iō ponit spēcialis uitus: sed gaudium ex parte obiecti nullam spēciale rōnem addit supra amorem, quae posuit causare spēciali uitritus.

Ad TERTIVM dicendum, quod intantum datur p̄ceptum legis de gaudio, in quantum est actus charitatis, licet non sit primus actus eius.

ARTIC. I.

QVAESTIO. XXIX.

De pace, in quatuor articulos diuina.

OSTEAE considerandum est de pace.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

Primo, Vtrum pax sit idem, qd concordia.

Secondo, Vtrum omnia appetant pacem.

Tertio, Vtrum pax sit effectus araritatis.

Quarto, Vtrum pax sit uitus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pax sit idem quod concordia.

AD PRIMVM sic procedatur. Videtur, quod pax sit idem quod concordia. Dicitur. Aug. 19. de Civit. Dei. Pax hominum est ordinata concordia: sed non loquimur nunc nisi de pace hominum. ergo pax est idem quod concordia.

Prat. Concordia est quadam unio voluntatum: sed ratio pacis in tali unione cōsistit. dicit enim Dion. 11. cap. 1. de diuin. nomin. quod pax est omnium unitia, & consensus operativa. ergo pax est idem quod concordia.

Prat. Quorum est idem opus, & ipsa sunt idem: sed idem opponitur concordiae, & pacis dissensio. unde dicitur 1. ad Cor. 14. Non est dissensio deus, sed pacis. ergo pax est idem quod concordia.

SED CONTRA est, quod cōcordia potest est aliorum impiorum in malo: sed non est pax impiis, ut dicitur Isa. quadragesima. ergo pax non est idem quod concordia.

RESPON. Dicendum, quod pax includit concordiam, & aliiquid addit. Vnde ubiquecumque pax, ibi est concordia: non tamen ubiquecumque est concordia, sibi pax, si nomen pacis proprie sumptu, est ad alterum, in quantum scilicet diuerlorum cordia voluntates simil in unum conuenienter. Contingit etiam unius hominis concordia, & hoc duplicit. Vnde quidam secundum diuersas potentias appetitivas, ut sensitius plerumque tendit in carnalitatis appetitus, secundum alia in caro. Caro concupiscit aduersus spiritum, in quantum una, & eadem usque appetit, unde necessiter est esse repugnans appetitus: unio autem huius ratione pacis. Non enim homo.